causa exire; sic creditoribus nihil restituerunt: ecce circa Colonienses adversus Ottonem vehementer commoti, atque ab eo penitus recedentes, ad Iuniorem electum regem diverterunt. Mox et urbs illa regia Dryvels et Landiskrone, a Philippo primitus instaurate, regis Iunioris potestati subficiuntur. [Hoc anno moniales in Schiplitz recepte sunt.] Item hoc anno initiatum est monasterium (sanctimonialium) in Frankenhusen.

Item Otto IV. (quartus) (imperator, filius Henrici ducis Saxonie) — — a prelatis absolutur,

a regi b) ptate

Lib. 4

a papa
Chr. Minor p. 196.

franckinhusen

Obiit in castro Hartisburgk, et in Brunswigk sepultus est.

De Hermanno lantgravio Thuringie et Hassie, et comite palatino Saxonie.

Anno Domini MCXCIIII. Hermannus frater Lodewici lantgravii tertii defuncti. Hic cum per Fredericum imperatorem comes palatinus fuit factus, Sophiam filiam comitis palatini unigenitam duxit in uxorem, et genuit ex ea duas filias, quarum una duxit comitem Elsatie, Alia Iutta nomine, fuit Theoderico filio Alberti marchionis Missene, adhuc in cunabulis jacente, desponsata, et postea copulata; per quam desponsationem fuit sedata magna discordia, que fuit inter lantgravium Thuringie et Marchionem Missene, que per plures annos duravit: Quod taliter factum est.

c/ missene

rem sibi pararet aditum.